



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

1. Junij. Calendæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**



ANNI  
CISTERCIENSIS  
JUNIUS.

I. Junij. Calendæ.

Floruit  
circa  
annum  
1140.



EATE CONRADE;  
monasterij de Hegena  
decus insigne: cui pro-  
digiorum multitudo,  
quæ manibus tuis DE-  
US operabatur, Medi-  
ci cognomen peperit. Nemo enim cæ-  
Medici custibi offerebatur, cui non optatum  
nomen viæ ducem, sanos oculos, donaveris:  
ex mi- nemo claudus, quin à te redivivis au-  
raculis & tuis viribus, viam sive fulcro relegerit:  
trahit. nemo denique à pessimo Inferni ho-  
spite oppressus; quem non à tortore  
crudeli liberum dimiseris. Sed & hæc  
ipsa beneficia, qui à te vivente inter  
mortales non acceperant, à jam ad ce-  
lites rapto innumeri impetraverunt.  
*Languentium consuetudo est, peritissimos*  
*quosque medicos conquerirere. En! adduco*  
*tibi*

tibi cæcam, surdam, & peccatis (id est, tandem dæmonibus) obsessam animam meam, iuxta, & sana miseram.

B. PETRE, sancti Patris Roberti *Floruit* in Molismo discipule, ac ad eremum anno Cisterciensem comes: qui unâ cum re-1098. liquis sacri Instituti Fundatoribus in sudore vultûs tui, exciso sylvæ sentice-to, excelsam Ordinis Cedrum plantâsti, quæ deinceps ramos honoris per totum Christianum orbem extendit.

*Fac, ut mens mea habeat Cedri naturam: Erigena ut se erigat in cœlum usque: altius semper, dus in atque altius tendat: nil nisi summa, nisi cœlum animus divina quærat. Pia superbia est, quæ terrena contemnit.*

B. ALBERTE: qui in monasterio *Floruit* Bremensi non solum religiosi, sed eti. anno am Apostolici fervoris spiritum imbi-1203. bisti. Is ne sub silentij claustralibus umbra delitesceret, in publicum ab Archi-episcopo Bremensi productus est; qui te consecratum in Episcopum Rigen-*Apostoli* sem, ad imbuendos Christianâ doctrinâ Li-*lus Li-* nâ Livones misit. Quo in labore tri-*voniae*. ginta annos, non sine ingenti fructu, complevisti: vocatis in subsidium promovendi operis, qui vel eloquentiâ barbaram gentem mitigarent, vel consumacem armis perdomarent. Hinc institutus sub tuis auspicijs militaris

420 ANNI CISTERCIENS.

Ordo Gladiferorum: cuius industria  
multa infidelium millia Christi ovili  
adjuncta, & non exiguus Martyrum  
numerus cœlo adscriptus. Ora pro me,

Militia fidelis. ut in militia sacra, cui nomen dedi, fortius  
& fideliter agam. Id ante omnia pra-  
re, ne mei ipsius insanus proditor, hostibus  
per deliberatum in peccata consensum me  
dedam captivum.

S. BERNARDUS, ser. 6. de divers.

Peccatum delibe- Intentionem & propositum mentis ea  
ratum, solicitudine custodiamus, quâ vitam  
est sui animarum nostrarum volumus custo-  
met vo- lütaria dire. Quoniam istud omnino est pecca-  
damna- tum ad mortem, cum ex consensu &  
tio. deliberatione delinquimus, proprio  
judicio condemnati. Nec ideo sane id  
dixerim, si quis forte delicti hujus sibi  
conscius est: sed ut expavescat præcipi-  
tum, & ciriūs adjiciat, ut resurgat.



2. Junij. 4. Nonas.

Circa SS. Martyres CUPRUNICENSES  
annum in Polonia: qui à Tartaris eam  
1300. regionem repentino incursu devasta-  
tibus